



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XLVIII. Markgräfliche Bestätigung für das deutsche Ordenshaus St. Kunigundis vor Halle über 40 Acker Holz in Hemelo, vom 30. August 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XLVII. Der Bischof und das Domkapitel in Brandenburg erneuern die Incorporation der Kirchen in Mordiz und Beliz in das Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg, am 27. Mai 1308.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus, dei gracia brandeburgensis ecclesie episcopus, Johannes prepositus, waltherus prior totumque capitulum eiusdem vniuersis et singulis tam presentibus, quam futuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Grati- tudo nunquam pulcrius —, nisi cum gracia munificencia in profectus extenditur deuotorum iuxta quod ipsorum merita postulant et requirunt. Qua sane consideracione inducti notum fieri volumus vniuersis presentibus et futuris, quod cum ius patronatus ecclesiarum in opido beliz (sic!) et in villa mordiz nostre brandeburgensis dyocesis ad religiosas in christo filias sanctimoniales monasterii sancti laurencii noue ciuitatis magdeburgensis et specialiter ad abbatissam, que pro tempore fuerit, eiusdem monasterii dinoscatur pertinere, in quo fere nichil commodi huc vsque*) dictum monasterium aliquibus laudum titulis decorari, prefatas ecclesias in opido beliz et villa mordiz cum omnibus et singulis redditibus et prouentibus, fructibus, mansis, agris cultis et incultis, cum omni iure et proprietate, sicut hactenus dicte ecclesie possederant, predicto monasterio et ecclesie sancti laurencii per presentes annectimus et incorporamus, ut quandocunque, quocienscunque prefatas ecclesias va- care contigerit aut rectoribus caruerint per mortem seu resignacionem coniunctim uel diuisim pre- fate abbatissa et sanctimoniales aut ipsarum certus procurator habeant cum omnibus et singulis su- pradictis et que ad dictas ecclesias dinoscuntur pertinere disponendi et ordinandi liberam faculta- tem a facient pro ipsarum uelle et vtilitate fructus suos, sic tamen, ut presentato seu presentatis suo tempore tantum dimittatur et assignetur in parrochia seu parrochiis, quod commode ibidem valeant sustentari. Ne igitur beneficium, sicut premititur gratanter factum fiat nobis et ecclesie brandeburgensi inutile et dampnosum in omnibus premissis, prout narrata sunt et narrantur, iura episcopalia ac prepositi eiusdem loci in vniuersis et singulis, sicut in cathedratico et synodatico suo tempore dandis et prestandis non obstantibus et preiudicantibus premissis nobis retinemus semper salua ad hec subsidium generale uel speciale, cum in ipsa nostra dyoceli fieri contingat secundam estimacionem predictarum ecclesiarum retinemus. In omnium premissorum robur et testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum brandeburch sub annis domini millesimo CCC^o octauo, VI^o Kal. iunii.

Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 67 und 68 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

*) Wahrscheinlich eine Lücke.

XLVIII. Markgräflische Bestätigung für das deutsche Ordenshaus St. Kunigundis vor Halle über 40 Acker Holz in Gemelo, vom 30. August 1308.

Nos dei gracia Marchio Brand. et de land. vniuersis presentia audientibus uel visuris re- cognoscimus ac publice protestamur, quod cum consensu heredum nostrorum, quorum consensus merito fuerat requirendus, dedimus proprietatem in XL Jugeribus siluestrisque, quod in vulgo dicitur He-